

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthviani, Natione Bavari,
Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Orationibvs Variis, Et Ignitis aspirationum iaculis ad Deum, Deiparam
Virginem Mariam, cæterosq[ue] Sanctos - exercitijs item diuersis, tum
maximè Paßionis Dominicæ, eiusq[ue] matris, refertißimus

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Iesus Christus vti suis electis discipulis Spiritum sanctum transmiserit.
Glorif. XIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45928](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45928)

Pro adnumeratione consortioq; omnium amicorum Dei, Precatio.

O Iesu dulcissime, per illud suauissimum gaudium tuum te rogo, vt abyssus infinitæ misericordiæ tuæ, vsque ad me nouissimam creaturam tuam, vi- lissimum & ingratissimum peccatorem descendat, quo etiam me inter ele- ctos tuis consumerare, ipsorumq; consortio dignum facere digneris, vt vna cum eis habeam te sursum & felicissimum bonum, & interminabile gaudium, nunc hic per gratiam, & in patria iugiter per gloriam, Amen.

Iesu Christus vti suis electis discipulis Spiritum sanctum transmiserit.

GLORIFICATIO XIII.

A Ve firmamentum & constantia omniū electorum, Iesu rex fortissime: Ado- ro, laudo & benedico te pro illo indicibili discipulorum tuorum gaudio, quo ip̄os in ciuitatem regressos & congregatos, Patris & tuum promissum expectantes, laxificasti, dum Spiritu sancto in ignis specie, repentina sonitu descen- dente, & super singulos eorum sedente, ipsos virtute ex alto induens, roborasti, quatenus in fide confirmati, mysterium fidei & crucis trophyum, timore abiecte, prædicantes, per totum mundum veherent, & per coruscantia miracula fidem ver- bis darent.

Pro gratia, illuminatione q; Spiritus sancti, Precatio.

O Iesu bone & dulcissime, ne derelinquas me orphanum, sed mitte promissum Patris tui in me Spiritum veritatis, vt mecum sit & mecum laboret, qui do- ceat me quod coram te acceptum sit omni tempore, qui charitatis, pacis & concordiz vinculo corda nostra astringat, vitia expurget, virtutibus & lumine tua cognitionis illustret, Amen.

Iesu Christus vti matrem suam sacratissimam visitauerit, assumperit, & supra sun- des Angelorum chorus exalatārit.

GLORIFICATIO XIV.

A Ve flōs & fructus matris virginis Iesu Christe, omnium beatorum altitudo, merces & gloria: Adoro, benedico & laudo te pro illo maximo gaudio quod habuisti, quando discipulis de incarnatione tua, iam plenus instructis, & fundamentis Ecclesiæ erectis, dulcissimæ matri tua, absentis filij desiderio arden- ti, & amore nimio languenti, completa eius peregrinatione & ex hac misericordiæ valle iam migraturæ, totus festiuus & gloriōsus, vna cum vniuersa coelestium fre- quentia occurristi, ipsamq; amoris amplexibus suscepit, celestibus melodijs de- ductam, supra cunctos cœli ciuium ordines sublimasti, & ad dexteram tuam in cœlesti throno collocasti.

Pro Dei gratia, per eius matrem in hac vita augmento, & post eam cum eadem Dei matre glorificatione, Precatio.

O Iesu amabilissime, dator gaudij, largitor solatij, luctus releuator, meroris effugator, qui beatissimam virginem Mariam matrem tuam diuinæ Maie- statis speculum, Angelorum solatum, tuz bonitatis imaginem, nostræ sa- luti originem, multiplici gaudio in terris & in cœlis beatificasti, concede mihi pauperi, vt qui ad eam, quasi ad fontem gaudij, in doloribus & angustijs meis fidu- cialiter recurrere præfusao, ipsius intercessione perpetuo tuam merear habere

357

